

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De his quae poenae nomine. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738

De his quæ poenæ nomine. L. Superuacuum. 101

contrariis videntes consilium meum. & etiam istum. §. mutauerunt propositum & dederunt sententiam secundum istud in magno legato de pecuniis existens in impensis cuiusdam filiae testatoris: si vidua erit vel cum erit: & ipsa vidua facta fuit. & post certum tempus nupsit: & nihilominus petebat legatum illi. & nolebatur sibi assignare dicentes intentionem testatoris fuisse quod habeat quousque erit vidua. & non ultra. Ego dixi quod hic erat casus in contrarium: quia verba testamenti non dicebant quousque erit vidua sed cum erit vidua vel si erit. unde sufficit semel peruenisse ad viduitatem: nec requiritur quod in ea perseveret & fuerit admittit. de casu huius. §. In text. ibi: sed cum primum hoc venerit. dic si ad viduitatem peruenit & non ante: quia ista conditio non reijcit & licet postea nubat legatum non perdit: ut patet. §. dum dicit. nec enim ut permaneat &c. & ita dicit hic Bal. ¶ No. ergo tres modos legandi vel triplicem conditionem. Prima conditio si non nupsit & illa inducit viduitatem: & reijcitur de legato factio virginis non viduae. ut in tex. præce. Secunda si ad viduitatem peruenit vel cum peruenit & ista non reijcitur: ideo antequam perueniat legatum peti non potest. & licet non perseveret non perdit. ut in hoc. §. notabili. Tertius modus est ille quem tangit glo. si relinquat alicui quousque vidua erit: vel in viduitate perseveret. & ista conditio non reijcit: quia non inducit viduitatem. perseverantiam: sed ad tempus. Non enim prohibet testator ut non nubat sicut prohibet in prima: sed vult quod habeat quousque non nupsit: & postea non. Et effectus huius est: quia licet postea nubat non restituit quod habuit pro tempore præterito: sed non potest à matre petere pro futuro: unde si erat legatum annuum nihil restituit si erat legata possessio restituit ea: sed non fructus percipit pro tempore præterito: sed fuisset factum relictum si non nupsit: & ipsa præstita cautione cõsecuta fuit legatum: & postea nubat restituat rem cum fructibus percipit & percipit alicui legatum nunquam fuisset factum: ut in aut. cui relictum. in si. quoniam fuit factum viduae: & sic conditio non reijcitur: & si fuisset legatum annuum restitueret quicquid percipisset. Sint ergo cauti notarii: ut sciant concipere verba secundum mentem testatoris: quia in minimo verbo consistit magnus effectus & notarii imperiti frequenter errant contra intentionem testatoris. & vidi de factis: & ignorat differentiam inter si & quousque. ¶ Ultimo quaeritur quid si testator legavit filiae nuptæ sub conditione. si vidua remanebit ipsa peruenit ad viduitatem: tamen in ea non permansit an cõsecratur legatum. dubium est in significato istius verbi remanebit: an intelligatur secundum hunc §. i. cum vidua erit vel si vidua erit vel ad viduitatem peruenierit: an autem intelligatur & in ea perseverabit. vidi consilia valentium magistrorum de Florentia qui tenebant hanc secundam partem. Nam istud verbum remanebit est compositum ex re & maneo: unde non perdit significatum simpliciter: ut in l. verbum reddendi. de verbo. sig. & sicut si testator dixisset si perueniat ad viduitatem & in ea remanebit sibi lego. postea nubendo legatum perderet. & ita etiam in proposito: quia dictio re, importat primum: & istud verbum manebit, importat secundum & hoc pro tempore futuro. Sed an restituat quod habuit pro præterito tempore videtur distinguendum an dixit per si: an per quousque donec. ut §. dixi. & adde quod no. Bar. in simili in l. hoc articulo. §. de hære. insti. Quando autem esset factum viduam cum illa conditione clarum esset quod importaret perseverantiam in viduitate. Mihi videtur quod in primo casu quando iam nuptæ sufficere debeat quod ad viduitatem perueniat. Nam secundum communem usum loquendi dicitur remanere vidua illa quæ ad viduitatem peruenit absque eo quod perseveret in viduitate. & de hoc videtur sensisse testator cum dixit cum remanebit. i. cum viduabitur secundum cõm usum loquendi sed si iam viduæ reliquisset non posset ita intelligi. ideo debet intelligi id est perseverabit in viduitate.

De his quæ poenæ nomine.

Rubrica.

Super rubrica præmittit quod legata & fideicommissa solent fieri propter merita legatarii vel fideicommissarii seu propter affectionem testatoris. l. nec adiecit. ff. pro socio. sed si aliquando contingit quod sunt in poenam alterius puta hæredis vel alterius grauat qui cui erat præceptum quod aliquid faceret vel ab aliquo abstineret & si contrarium faceret priuabitur hæreditate & in alium transferetur vel grauabatur de dando nomine poenæ alteri certam quantitatem erat dubium, an tale legatum valeret. & de iure ve-

teri fororum reperiebatur quod sic. ff. ad leg. fal. l. i. §. item si ita. & de penultima lega. l. i. & de condi. & demon. l. multa. postea de media iuris prudentia reperiebatur contrarium illa tollitur per istam l. & reddit ad iura vetera cum modificatione si præcedat præceptum non turpe nec impossibile vel à iure reprobatur ut seruet voluntas testatoris: secus si esset impossibile vel à iure reprobatur quia tunc non debet pati poenam: quia tale præceptum non seruatur &c.

- 1 Si hæres vel legatarius cui aliquod onus est iniunctum priuatur hæreditate vel legato in casu quo onus non impleat per testatorem disponitur ad quem debeat peruenire cui tunc applicabitur.
- 2 Quid si disposuit quia transfertur in alium: an priuatur ipso iure.
- 3 Quid si non priuatur sed grauat de dando certam quantitatem: & per modum usurarum ut si hoc non fecerit de quolibet mense quo tardauerit decem nomine usurarum an hoc valeat.
- 4 Si testator iniunxit aliquod onus hæredi postea dixit quod grauat ipsum de restituendo hæreditatem Titio: an videatur dixisse simpliciter an in casu quo illud onus non impleat.
- 5 Quando præcedit legatum inualidum quod non valeat ademptio vel poenæ impositio: & quando.
- 6 Si fiat compromissum & promittit stare laudo talis sub certa poenâ: & illud laudum reducatur ad arbitrium boni viri & fuit reductum: an committatur poenâ compromissi si non stetur sententiæ iudicis reducantis.
- 7 Condicio impossibilis de natura reijcitur de legato & quid si est impossibilis de iure.

LEX

I.

Superuacuum. ¶ Quod poenæ nomine relinquere valet nisi turpis vel impossibilis dispositio præcedat. h. d. Bar. ¶ Et no. hic tres modos imponendi poenâ. Primò quando hæres vel legatarius: cui aliquod onus est iniunctum priuatur hæreditate vel legato in casu quo onus non impleat: nec per testatorem disponitur ad quem debeat peruenire. Secundus modus est quando disponitur, quia transfertur in alium. Tertius modus est quando non priuatur sed grauat de dando certam rem vel quantitatem alteri si non seruauerit præceptum. Sed quaeritur circa primum casum cui applicabitur si testator non declarauit. Respondendo, si legatarius priuatur legato remanet penes hæredem grauat: sicut in alio modo deficeret penes personam legatarii. l. i. §. in primo. & §. pro secundo. j. de cadu. tollen. Si autem hæres priuatur hæreditate applicat coheredi si habet: & si non habet veniunt tibus ab intestato: ut l. peto. in prin. ff. de lega. ij. non autem ei cui debebat aliquid fieri: & quia læditur ex contemptu præcepti. l. vxore. §. hæres. & ibi per Bar. ff. de leg. ij. Nec obstat. l. pe. §. de leg. & l. post legatum. §. amittere. de his quibus ut indig. ubi applicatur illi qui lædit quia illud in poenâ legalis: secus in poenâ per testatorem apposta secundum Doct. de quo vide Barto. in d. §. hæres. ¶ Circa secundum casum quando hæres priuatur hæreditate & transfertur in alium quaeritur an priuatur ipso iure. Respondendo non: quia testator non potuit facere quod hæres postquam adiuit hæreditatem desinat esse hæres: sed iure fideicommissi tenetur hæreditatem illi restituere: ut habetur & notatur per Bar. in l. paterfam. testamento. ff. de hære. insti. & hoc quando quis priuatur propter suam negligentiam vel defectum coheredis: tunc autem verbo tamen & non valet priuatio: ut est casus in d. l. paterfam. quia non est iniunctum: ut alter patiat poenâ de culpa alterius aut factio quia propter culpam unius cancellat nomina omnium hæredum: & tunc valet priuatio & applicatur fisco: ut l. cancellauerat. de his quæ in testamento delent. ¶ Circa tertium modum quoniam non priuatur sed grauat de dando certam quantitatem quaeritur si per modum usurarum: puta grauauit hæredem de dando tibi centum vicque ad tantum tempus: & si hoc non fecerit: quodlibet mense quo postea tardauerit decem nomine usurarum: an hoc valeat & an possit peti saltem de iure canonico. vide Bar. in l. si. ff. e. tit. ¶ Item quaero pone quod testator iniunxit aliquod onus hæredi. postea dixit quod grauat ipsum de restituendo hæreditatem Titio an videatur dixisse simpliciter: an in casu quo illud onus non impleat. videtur hæc secunda pars prior: quia quando præcedit dispositio prohibitiua sequens dispositio simplex censetur facta sub conditione si fiat prohibitio. l. pater filium. §. filiam. de le. ij. & ibi vide Bar. quod est singulare. distingue ergo an sit prohibitiua præcedens dispositio an præceptiua: & tunc esset secus. Opp. in gl. hic dicitur quod libertas relicta potest adimi si ille cui relicta est non adimpleat onus sibi à testator

re iniunctum: sed contra quia tali non potest iniungi onus pecuniarium cui sola libertas relicta est l. plan. l. a. §. si. de leg. j. glo. fateor non q. valet istud onus: tamen bene valet ademptio libertatis. ¶ Contra hanc gl. opp. duobus modis primo q. videtur contra si. huius legis: q. qñ præcedit inualidum nō valet ademptio vel poenæ impositio. Sol. & tene menti verum est qñ est inualidum: quia impossibile de natura vel de iure secus quando alio modo est inualidum: non quia à iure reprobatur: sed quia aliàs ius sibi non assistit: vt in hac gl. per quam limitatur ista l. in fi. Item cōtra quia libertas semel competens reuocari non potest: vt insti. qui & ex qui. cau. ma. non pos. §. semel. Sol. dicendum q. hoc casu quando iniungitur aliquod onus & in casu quo non impleatur admittitur libertas, non cedit dies libertatis nec competit quousq. illud onus sit impletum: q. si competeret, postea non reuocaretur: vt dixi. & sic licet fuerit purè relicta libertas, censet relicta sub conditione: si onus impleatur qñ in defectum eius admittitur libertas. Ita intellige hanc gl. licet Doc. eam non declarēt.

7 ¶ In seq. glo. ibi: [Sol. hic corrigit.] dicit quod ista non est vera: q. etiam de iure fforum. cōmittebat ista poena: vt dixi super rubrica tene ergo seq. q. in l. multa. & in l. in testamento. e. tit. ideo poena nō cōmittit: quia nō poterat imputari grauato cur præceptum non impleuerat: quia nō reperiebatur à testatore forma tradita: vt si iusserat fieri monumentum ad similitudinē talis monumenti, & illud non reperiebatur. vel si iusserat aliquid fieri arbitrari talis, & ille nolit arbitrari, non potuit. Nam ille excusatur à poena, licet teneatur facere arbitrio boni viri. nō tamē incidit in poenam si non facit etiā arbitrio boni viri: quia in poenis non receditur à persona vel à forma tradita: vt in l. multa. ff. de condi. & demō. & l. cū in plures. §. lege. ff. loca. Ideo si fiat cōpromissum, & promittitur stare laudo tali sub certa poena, illud aut laudum reducitur ad arbitrium boni viri, & fuit reductum. Certè non cōmittit poena cōpromissi si nō statuerentur iudicis reducendis: quia non fuit actus de sententia illius: sed de sententia primi arbitri: & in poenis à persona illius non receditur secundū Bar. in l. multa. quē sequitur Bal. dicit licet alibi dicat cōtrarium q. iudex surrogat loco arbitri. adde quod not. Bart. in l. j. §. sed post operis. ff. de noui oper. nun. ¶ In gl. si. ibi: [sed dicit heredi siue grauato &c.] Dic q. Doc. triffantur de ista solutione: & dicunt q. conditio vt impossibilis de natura, vel de iure nō vitiat legatum: sed vitiat siue sit imposita legatario onerario, puta lego Titio. si hominem interfecerit, vel cœlū digito tetigerit. siue sit imposita heredi grauato. puta si heres interfecerit, vel digito cœlū tetigerit. l. obtinuit. de cōdi. & de mon. & l. j. de condi. insti. & ita loquitur cōtrarium signatū in glo. in casu aut l. nostræ. in fi. nō est verū q. relictu factum fuerit sub cōditione impossibili. imò sub cōditione necessaria. nam loquitur qñ factū fuerat pceptū impossibile ipsi grauato. & in casu quo nō impleat. grauatus fuit nomine poenæ dare alteri nā si implere est impossibile de natura, vel de iure ergo non implere est necessarium. isto ergo casu tam præceptum impossibile vitiat, quam etiam relictu nomine poenæ. q. nō debet pati poenam qui non implet quod implere nō potest. Et sic istud contrarium non meruit assignari: q. aliud est relinquere sub conditione impossibili, aliud sub cōditione necessaria. Et si dicatur si conditio erat necessaria, non deberet vitare legatum: imò debet censi purum cū habeatur pro non opposita l. si pupillus. §. qui sub cōditione. ff. de noua. Sol. verum est si non esset relictu in poenam alterius: puta relinquo Titio si cras orietur Sol. vel si ipse Titius morietur: quia clarum est quod sic. Sed quando præcedit præceptum impossibile: & si non impletur, relinquatur nomine poenæ licet non implere sit necessarium: relictu tamen non est purum: imò vitiat, ne quis patiat poenā sine culpa sua. ita loquitur hic. Aduerte autem ad id quod s. dixi. quod qñ relinquitur sub cōditione impossibili, siue sit adiecta legatario, siue heredi grauato, reijcitur: & sic vitatur: & non vitat. procedit quando est impossibilis de natura, si aut de iure, tūc distingue an sit appositā legatario, & vitatur puta relinquo Titio si heres hominē interfecerit. ¶ sed si grauato puta relinquo Titio si heres hominē interfecerit. ¶ cetero puto etiā nō vitari: sed legatum esse cōditionale: & tūc tñ debet si hominē interfecerit & non aliter quia illud videtur relictu in poenā heredis interficientis vt abstinere à maleficio: sed si reijceret. grauaret sine causa: & nō abstinere à maleficio ita intelligo istū passum. In glo. si. in fi. ibi. [§. si quis.] ibi impossibilitas

nō vitiat legatum: sed vitatur. glo. dicit q. imò nō erat ibi impossibilitas: quia mādauit tradi infra tridū seruos quos habebat: quibus. quod videbatur impossibile ex distantia loci: sed nō erat q. poterat testator tñ viuere q. serui poterat ad locū testamenti venire. dicit q. ista sol. nō est bona: quia debemus cōsiderare an testator moriatur tempore testamenti esset impossibile vel nō: & si erat impossibile propter distantiam loci. non inspicimus q. testator potuerit superuiuere. vt in regula catoniana. Dic ergo aut impossibilitas est in re legata, & illa vitiat legatum: aut in tempore præstationis, & illa non vitiat ultimam voluntatem, sicut nec tractum bonæ fidei. l. insulam. in fi. ff. loc. sed bene vitaret stipulationem, & contra stricti iuris. ff. de eo quod certo loco. l. j. §. quis ita. nam angustia temporis remouentur de legato sicut de contractibus bonæ fidei: quia licet sit stricti iuris, habet instar bonæ fidei: vt supra in quibus causis in integ. restitu. non est necesse. l. in minorum.

De fideicommissis.

Rubrica.

¶ Super rub. Quæro in quo differt iste tit. à tit. de legatis. cō legatū & fideicommissū exequata sunt vt in l. j. §. si. & in l. j. §. de leg. Sol. verū est quātū ad effectū & utilitatē, sed remanet differentia quātū ad modū relinquēdi: q. legata relinquunt diuersimodè ad legatariū: puta relinquo vel lego Titio: sed fideicommissū verbis directis ad grauātū. puta grauō heredē meum vel Titio: legatū fecerā, de dando Sempronio tale quid. istud non est legatum, sed fideicommissum. & olim nō erat tantæ efficacit̃e quā nunc erat legatū: vt insti. de sing. re. per fideicō. reli. imò erant inuicem ipso iure: quia consueuerant fieri in fraudē: postea paulatim coeperunt authoritatē. de talibus loquitur iste tit. vt patet ex tribu. l. hic contentis in quibus verba diriguntur ad grauatum.

¶ Cursus temporis an sit sufficiens ad inducendam obligationem, vel ipso iure inducatur? quantum tempus requiratur. c. nu. 3.

¶ Forma libelli cum quis agit pro annua prestatione in futurum fidei.

LEX

I.



I probaueris. ¶ Præstatio triennis cōcurrere inter alimentorū & ultimæ voluntatis facit futuro tempore ex minus solenni voluntate fideicommissum deberi. h. d. laco. dicitur est singularis. l. & forte non est alibi quod cursus temporis sicut non est sufficiens ad inducendam obligationem, vel ipso iure tollendam. l. obligationum ferē. §. placet. ff. de acti. & obli. dicitur inducendam minus efficaciter roborandam. l. si certis annis. d. de p. cti. Fallit in casu huius l. duplici fauore concurrente, scilicet ultimæ voluntatis & alimentorum: & altero deficiente scilicet ut in omnibus contrariis formatis hic per gloss. quæ omnia soluantur eodem modo. Et sufficit triennium. licet aliàs requiratur longum tempus. x. ann. l. cum de in rem versio. ff. de viur. Et debet hic poni casus quod mater fuit instituta à filio in testamento vel lido & solenni. & in codicillis minus solennibus fuit grauata de lido mēstrua alimēta cuidā. vel dicit quod succelsit mater ab interito, factis similiter minus solennibus codicillis fuit grauata. nō debet quod secundū opi. gloss. ex talibus codicillis in quibus ad voluntas defuncti. licet deficiat solennitas iuris, oritur obligatio naturalis tantum, non ciuilis: nec etiam actio. vt plenè nota in l. cum quis. s. de iur. & fac. igno. dicitur hic quod si ista mater præstat ista alimenta per triennium, roboratur illa naturalis obligatio acti esset ciuilis & naturalis. & oritur actio ad præstandum in futurum. quod non esset non concurrentibus ambobus temporibus prædictis: vt in d. l. si certis annis. & etiam ad præstandum pro tempore præterito. intellige: scilicet currente post dictum triennium: quia iam erat effecta efficax obligatio. vnde si post triennium per aliquos annos vel menses, poterit agere tam pro præteritis quam pro futuris. In text. ibi: [si probaueris.] scilicet ut legatarius. & hoc ideo, quia mater negabat hoc fideicommissum factum fuisse: & in casu quo fuerit factum, dicebat minus solenniter factum. Si enim confiteretur factum. sed diceret minus solenniter, non incumbit legatario onus probandi quod factum fuerit: sed solū q. fuerit præstitum per triennium. Sed contra quod etiam